Omnia nobis forte tantum videri sic esse et autem forte sic reverâ existere
quaedam laetitiam, quaedam tristitiam pariunt nobis: quod prior bene nos effi-
ciat, altera verò male, nam si scepticus verbisque exigeretur, licet dubitaret,
num forte verum sit quod aliquis ipsum tam male tractet, et quod forte tantum
sic appareat, certe non poterit negare quod dolorem percipiat, ac quod hoc ipsum male
admodum afficiat.

seu certam ~~aliquam~~ et indubitatam aliquam cognitionem

Atqui sic fundamentum firmum et stabile obtinui, cui totam meam Felicitatem
et ~~temporalem~~ superaedificari; Hinc etenim cum certus poteram esse potius
me quam quemvis alium quid mihi facile et difficile sit et poteram quoque
scire modo conscientia propria et contradictione quae faciliora et meliora expertus inter
plura facilia et bona, veluti modo ostendi, infallibiliter etiam mihi constabat
quae inter diversas vias quas omnes practicaveram [struck] melior erat, id quod
etiam magis specialiter sic cognoscere mihi licuit; Nihil scio quod magis con-
trarium vitae feliciter continuandae quam nostrae passiones, [struck] potentiam
siquidem et singularem etiam quorundam non raro superant, adeo ut non frustra
conquerentur Video meliora, proboque deteriora sequor; Porro nihil ad Felici-
tatem nostram augendam magis necessarium quid hactenus cognosci, quam
incognitas veritates posse detegere et hinc seligere quae huic scopo conducunt
nam omnia bona quae possidemus quondam aliquando hominibus incognita fuere
ac proinde gratia sola his debetur, qui primum talia ad nostram utilitatem [struck]
detexere; Tandem ~~quoque~~ nihil ad Felicitatem nostram conservandam quoque magis
proficuum scio quam sano corpore et securè posse vivere, hoc enim omnium
aliorum bonorum basis; Haec autem omnia cum conscientia propria me con-
vicit, [struck]) hinc viam praecipuam convenire
quam mihi acquisiveram hoc est ut ea adjutus faciliter passiones meas poti-
erim superare, [struck] ex professo veritates incognitas detegere, et ut ea etiam plus quae magis
à fortuna videntur pendere magis in mea potestate esse [struck] viderem sanitas nostra et ut inimicitias aliorum
declinarem et [struck] hac ingenium cum observarem me faciliter hac via quam
posse assequi quam ulla alia mihi cognita, non videbam, quare dubitare

Fundamentum itaque ablatis dif-
ficultatibus acqui-
sitis totius nostrae
Felicitatis et inde
hinc potuerim esse
certus quod haec via
omnibus aliis quas
scirem melior
ostenditur

13